

τῆ ἀγία οἰκουμενικῇ συνόδῳ Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίῳ ἐτ' ἀγίου τῆς πατριαρχίας γ'. καὶ μετὰ τὴν σύνοδον πατριαρχή-  
 σαιτος ἄλλα ἐτὴ γ'. μετὰ δὲ τοῦτον Θεοδώρῳ ἐτὴ γ'. Pa-  
 triarcham agente in Sancta Oecumenica Synodo Georgio,  
 cujus Patriarchatus annus tertius numerabatur : cuique  
 post Synodum alii tres in Patriarchatu exacti sunt . Post  
 hunc vero Theodorus annos tres . Ex hoc Theophanis  
 textu infertur , Georgium anno Christi 678. Cathedram  
 Constantinopolitanam ascendisse , quum tempore Sextæ  
 Synodi Oecumenicæ , quæ anno Chr. 680. mense Novem-  
 bri celebrari cœpit, tertium Episcopatus sui annum nu-  
 meraret : adeoque corruptos esse illos Patriarcharum Cata-  
 logos , qui duos tantum , aut tres annos Georgio af-  
 signant : Theophani autem ferme consentire Nicephorum  
 Callistum , qui in suo Catalogo apud Bandurum , sex eī  
 annos ac tres menses adscribit . Denique ex his sequi-  
 tur , Geōrgium obiisse , sive , ut loco citato scribit Ni-  
 cephorus Callistus , Sede sua pulsum ( 1 ) fuisse , anno  
 Chr. 683. quo Cathedram Constantinopolitanam occupa-  
 vit Theodorus . Græci Georgium Ecclesiasticis suis Fa-  
 ctis inseruerunt . In primis Typicum S. Sabæ ad diem  
 vi. Aprilis sic habet : τῆ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Γεωργίῳ  
 Ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως , Sancti Patris nostri Geor-  
 gii Archiepiscopi Constantinopoleos . Menæa excusa die  
 18. Augusti , τῆ αὐτῆς ἡμέρας μνήμης τῶν ἐν ἀγίοις πατέρων  
 ἡμῶν πατριαρχῶν Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου , καὶ Γεωργίου :  
 Eadem die memoria Sanctorum Patrum nostrorum Patriar-  
 charum Constantinopoleos ( 2 ) Joannis & Georgii . Sub-  
 necantur duo versus ad Georgium spectantes .

Ὁ Γεώργιος , ὡς κελύεις Χριστέ μου ,  
 Ἐφασκε Διψίων , ἔρχομαι κληθεὶς ἀνω .

C 2

Morte

( 1 ) Cur pulsus sic Theodorus , nemo veterum exponit . Si vere pulsus est , exi-  
 timaverim , aut id contigisse eo quod Theodorus respiciens , Sedem suam repetere  
 contenderit : aut seditione Constantinopolitane plebis mora , qua , si Georgius , Aga-  
 thonis Pape Legatis assentiendo , Sedem Constantinopolitanam deprimere vitis sic  
 vidimus enim , etiam Imperator totis viribus obliterit , ne Vicaliani nomen Dipy-  
 chis expungeretur , ob excitatos tamen Cleri populique tumultus coactum fuisse  
 id pertinere .

( 2 ) Est Joannes Patriarcha Constantinopolitanus , qui Constantinum antecessit ,  
 ac Thomæ juniori successit . At Bollandiam ad 18. Aug. contendunt , eum esse Ios  
 Cappadocem , qui Timotheo successerit anno 518.